

quo libro multa incredibilia continentur: unde et haec epistola inde que de apocripbo testimonium habet: prius scriptis a plerisque respicebat. Sed tamen autoritate iam et vetustate et usu meruit: ut inter sanctas scripturas computet. Maxime quia tale testimonium de apocripbo scriptum est: quod non apocripbum et dubium. sed vera luce esset perspicuum licet enim de apocripbis testimonium veritatis sumere.

Hi sunt murmurantes et queruli. Tanquam amplius quisque murmurat et queritur de presentibus ecclesie laboribus: quanto minus se desideria carnis extinguit. Sed contra sanctus daniel et ceteri sanctorum desideriorum viri: quanto obnoxius sola superna desiderant: tanto magis despiciunt transitoria: et cuncta que videntur aduersa.

Spiritu non habentes. Quia spiritus sanctum: quo congregatur ecclesia et spiritualis efficitur non habent: ideo animales in se non prouident: ideo deficiunt: quia coagulum charitatis non habent.

Superedificantes. Fidei: edificantes vos ipsos in bonis operibus super fundamentum fidei: ut lapides vivi ponamini in domo dei.

In spiritu sancto oran. Ut de vestris viribus non presumatis: sed in diuinitatis adiutorio speretis: non per vos saluari putantes: sed aduentum spiritus sancti in vos petite: quo inspirati ardentius oratis: ne cum his qui spiritum non habent ab ecclesia segregemini.

Illos autem saluate. Qui non sunt damnati apud deum: Sed iam prope cadunt in ignem docete: ut se ipsos liberent.

In timore. Hoc ad tria illa adiungendum est. Nam et apostatas cum quisque arguit et damnabiles ostendit in timore debet arguere: ne forte sibi

setia desideria dei dispositionem: vel querelosi querunt sibi pringant.

Hi sunt murmurantes queruli in nullo carnis desideria frenantes: de vicio in vicium.

secundum desideria sua ambulantes tractant se nullo timore dimissuros quod agunt: se solos deum cognoscere.

tes: et os illozum loquitur supbiam in honores: diuitum et pauperes contemnant: non causa dilectionis.

imirates personas questus cau sed quidquid illi dicant vel faciant: corde et opere.

sa. Hos autem charissimi memo

res estote verborum que predicta sunt: quibus credendum: quia nunci domini: et preteritorum etiam: prophete futurorum.

sunt ab apostolis domini nostri hiesu christi. Qui dicebant vobis

quia in nouissimis temporibus non nulli a deo: veritatis: quos tali signo potestis cognoscere: quod galosi: auari.

venient illusores: secundum desideria ambulantes non in pietate

Hi sunt qui segregat semetipsos sanime cupiditatis reuocet.

animales spiritu non habentes. sed vos hoc modo: ab illis dissentatis.

Hos autem charissimi superedificantes vosmetipsos sanctissime vestre fidei: in spiritu sancto orantes

vos ipsos in dilectione dei seruate expectantes misericordiam domini nostri hiesu christi in vitam eternam.

Et hos quidem arguite iudicatos: illos autem saluate de timore: et sic de igne tormentorum: quodam modo: vel quos in peccato obstinatos videtis: misere mini: dolentes quod non potestis eos saluare. spem tentibus: primis.

signe rapientes: alii autem misere

remini in timore: odientes eam quia concupiscit: carnis poluitur: corpus mortale et passibile quo velatur anima

que carnalis est macularam tunicam. Et autem qui potens est vos in omnibus vestris operibus: si presenti: et in futuro.

seruare sine peccato: et constituite ante conspectum glorie sue: immaculatos in exultatione in aduentu domini nostri hiesu christi: soli

solus est creator et saluator mittendo filium. deo saluatoz nostro per hiesu christi stum dominum nostrum gloria magnificencia imperium et potestas ante omne seculum et nunc et in omnia secula seculorum. Amen.

fuitque aliquid tale perigat: et qui de incendio viciorum alium castigans eripit: timeat ne et ipse temptet: et qui penitenti primo miseretur: circumspectat: ne forte plus iusto vel seuerus existat: vel perit. Odientes eam. Non corpus sed maculatum esse odisse debent: et arguere: ut

immaculatum reddamus: ut de carnali spirituale efficiatur: quod quia non nisi arbitrii potestate: sed dei gratia proficiendum est: recte subiungitur: et ante.

In exultatione. Quos superius monebat in timore deo seruire: dicit constitutos in exultatione: quia quanto magis trepidi de actibus in presenti fuerimus: tanto amplius in futuro de precepta mercede letabimur.

Gloria magnificencia. Si habetis gloriam pure fidei et scientie et magnificencia in operatione: et imperium super infirmitate: vel super demones: et potestate resistendi vicij vel tormentibus: deo non vobis imputate: qui ante tempora et in presenti et post omnia tempora est gloriosus in essentia: magnificus in operibus: impans tam volentibus quam nolentibus: et potes cui nihil resistit.

Prologus in apocalipsim Johannis.

Iohannes apostolus et euangelista a christo electus atque dilectus: in tanto amore dilectionis vberior habitus est: ut in cena super pectus eius recuberet: et ad crucem astanti soli matrem propriam commendasset: ut quem nubere volentez ad amplexum virginitaris affectuerat: ipsi ad custodiendam virginem tradidisset. Sic itaque cum propter verbum dei et testimonium hiesu christi in pathmos insulam sortiret exilium: illic ab eodem apocalipsim preostesa describitur: ut sicut in principio canonis: in libro geneleos incorruptibile principium per notatur: ita etiam incorruptibilis finis per virginem in apocalipsi redderet: dicitur. Ego sum alpha et omega initium et finis. Sic est iohannes qui sciens superuenisse sibi diem egressionis de corpore: conuocatis in epheso discipulis: descendit in defossam sepulture sue locum: orationemque completa: reddidit spiritum tam a dolore mortis factus extraneus: quam a corruptione carnis noscitur alienus. Cuius tamen scripture dispositio vel libri ordinatio: ideo a nobis per singula non exponit: ut nescientibus inquirendi desiderium collocetur: et querentibus laboris fructus: et deo magisterij doctrina seruetur.

Prefatio Hilberti pictaviensis in apocalipsim
Johannis.

Omnnes qui pie vo-
lunt vivere in christo (sicut ait aposto-
lus) persecutione patient. Juxta illud: si
li accedes ad servitutem dei sta in iusticia
et timore. et para animam tuam ad tentationem. Tentatio
nanque est vita hominis super terram. ne autem fideles in his de-
ficiant: consolatur eos dominus atque confirmat dicens: vos
biscum sum usque ad consummationem seculi. Et nolite time-
re pusillus grex. propter ea videtur deus pater tribulationes
quas passura erat ecclesia ab apostolis fundata super
petram christum. ut minus timeatur. disposuit una cum filio et
spiritu sancto eas revelare. Revelavit autem tota trinitas
christo secundum humanitatem. christus vero iohanni per an-
gelum iohannes ecclesie: de qua revelatione hunc librum
proposuit. Unde et liber iste apocalipsim dicitur. i. revelatio
quia hic continetur que deus revelavit iohanni. et iohes
ecclesie. Quanta scilicet ecclesia passa sit tempe primitivo et
nunc patiat. et novissimis temporibus antichristi passura sit.
que tanta erit tribulatio: ut fieri potest quod etiam moveantur
electi. et per his et nunc et in futuro summa sit susceptura. ut
quos denunciata supplicia terret. permixta summa letificent.
Ideo iste liber inter reliquas scripturas novi testamenti
prophetie nomine censetur: que alijs excellentior est prophetis
sicut enim novum test. prestat veteri: evangelium legi: ita hec
prophetia prophetis veteris: quod de christo et ecclesia magna
ex parte iam adimpleta sacramenta denunciat. Vel etiam
ideo. quia cum alijs univaria. isti trifaria data est prophetia
simul. scilicet de preterito et presenti et futuro. Ad cuius confirman-
dam auctoritatem. percurrit etiam auctoritas mittentis. de fe-
rentis. et accipientis. Mittentis. scilicet trinitatis. et deferentis an-
geli. accipientis. scilicet iohannis. Cum autem iohanni hec in visi-
one fuerunt revelata. et sunt tria genera visionum. sub quo
genere contineatur videndum est. Visio enim alia corporalis.
quando videlicet corporalibus oculis aliquid videmus. Alia
spiritualis seu imaginaria. cum videlicet dormientes vel
etiam vigilantes imagines rerum cernimus: quibus aliquid ali-
ud significat. Sicut videlicet pharao spicas et moyses
rubrum ardere: ille dormiens. iste vigilans. Alia intellectu-
alis. quando videlicet spiritu sancto revelate. intellectu me-
tis veritate mysterio: sicut est capimus. Quo modo vidit io-
hannes que in hoc libro referunt. Non enim figuram tantum
vidit spiritu: sed earum significata mente intellexit. vidit au-
tem iohannes et scriptis in patibros insula relegatus a do-
micio in exilio principe ipsissimo. hac eum ad scribendum
compellente causa: quia dum exul teneretur a domicio in
patibros insula. i. ecclesie quibus preerat. multa pullula
verunt atque toleraverunt vicia. atque diverse hereses. Erant
enim quidam heretici. ibi dicentes: christum non fuisse ante ma-
riam. quia temporaliter de ea natus erat. Quos iohannes in
principio evangelii sui redarguit dicens: In principio erat
verbum. et in hoc libro cum dicitur: alpha et omega. i. principium et fi-
nis. Dicebant etiam quidam ecclesiam potestatem tribulationum
ante finem seculi desituras: et per labore non summum eter-
num suscepturam. horum ergo errores volens destruere io-
hannes. ostendit christum principium esse et finem. Unde
ysaias ante me non est formatus deus. et post me non erit. Et
ecclesiam per exercitum tribulationum non desinere. sed pro-
ficere: et pro his brevium eternum recipere vel suscipere. Scri-
bit autem iohannes. vij. ecclesie alijs. et eam septem episcopis
de predictis instruens et in eis per eam totam generale eccle-
siam docens. Est itaque materia iohannis in hoc ope. sta-
tus specialiter alijs ecclesie. nec non et totius ecclesie. vide-
licet que in presenti patiat. et in futuro receptura sit. Inten-
tio vero eius est movere ad patientiam que servanda: tum
quia brevis labor: tum quod premium magnam. Modus tracta-
di talis: primo permittit prologum et salutationem ubi red-
dit auditores benignos et attentos. quo permisso accedit ad
narrationem. Ante narrationem vero ostendit christum esse
ab eterno sine principio et fine. inducens ipsum loquentem et

et dicentem. ego sum alpha et omega. i. principium et finis. postea
accedens ad narrationem. distinguit septem visiones: quibus
terminatis iste liber consumitur. Permittit autem prologum
dicens: Apocalipsim ihesu christi subaudiis hec est. Sicut i
alijs: visio ysaias hec est. et pabolę salomonis hec sunt.

Sicut in secularibus libris tria querunt. Inten-
tio. scilicet utilitas. et cui parti prebe supponat. Sic
quoque in hoc libro divino tria querunt. mate-
ria. intentio. utilitas. et cui parti humanitatis. i. vite sub-
iacet. Vita enim alia prebargica. alia practica. alia theo-
rica. i. contemplativa. cui liber iste subiacet. Intentio est au-
toris huius ponere signa. per que permittit nobis patienti-
am. i. faciet nos patientes. per nomen christi: ut de patientia
eundo ad contemplationem celestis glorie. pervenire possi-
mus ad utilitatem. ad remunerationem. scilicet patientie nostre. i.
ad duplicem stolam anime. scilicet ac corporis beatitudinem. Et
notandum quomodo patientiam permittit. ostendendo. scilicet per va-
rias similitudines. ut per equos et similia. pfectiones pre-
sentis et future ecclesie in tempore antichristi. i. diversas tri-
bulationes diversorum statuum ecclesie permittit nos referre
do: ut fortiores simus ad sustinendum. nam lenius legitur
quidquid frigidius ante. Illud quoque sciendum. quod por-
tus permittit patientiam. Ideo videlicet: quoniam fundamen-
tum est omnium virtutum. prudentio teste qui ait: vidua vel
debilis est virtus quam non patientia firmat.

Deus pater fruidens tribulationes quas passu-
ra erat sancta ecclesia: postquam ab apostolis fu-
it fundata. disposuit cum filio et sancto spiritu
eas tribulationes et eam summa revelare. Jacula enim que sum-
ma denuntiant minus ledunt. Ita christo manifestavit secundum hu-
manitatem. christus iohanni. et iohannes ecclesie revelavit.
qui exercebat omnibus privilegio castitatis. et qui gratia
dei interpretatur: quod omnia bona que agebat. gratie dei ascri-
bebat. et qui omnia imania tormentorum equanimitate me-
tis sustinebat. Sed quia prestat hanc revelationem factam
esse in visione. videndum est sub quo genere visionis est. visio
enim alia corporalis est: alia spiritualis. alia intellectualis. Visio
corporalis est qua videmus celum et terram et cetera talia. Visio
spiritualis est quando in eo quod videtur aliud prehendit sicut fuit
de moyses qui vidit rubrum non ardentem ardere: quod aliud si-
gnificabat. Intellectualis vero quando spiritu sancto in-
manente alijs conspiciat aliquid mysticum: sicut sanctus ioha-
nes in hoc libro fecit. nam non realiter ista vidit: sed divini
no flamine inspirante. convenientia signa passionum designa-
tura intellectui suo configuravit. Nunc quod sit materia illius vi-
deamus. Materia illius sunt septem signa. i. genera tribu-
lationum. Intentio vero est nos invitare ad patientiam: ut per
patientiam veniamus ad contemplationes. per contemplationem
ad revelationem. Unde ad beatitudinem in qua habemus
finale causam huius operis: et qua non queritur in divinitate
de prebe sed de vita videamus cui vite supponat. Vita.
alia theoretica. i. contemplativa. alia practica. i. activa. Sed
practicam ad theoreticam consistat referri. Et notandum est quare
nos magis ad patientiam quam ad alias virtutes invitet. ad quod
dicendum est: quod sic fides est fundamentum omnium virtutum: sic pa-
tientia quodammodo est sustentamentum: unde prudentius
vidua est virtus quam non patientia firmat. Notandum ve-
ro est quandam partem huius libri. per prebentio vel per prologo
accipi. scilicet usque ad illud versum. Ego iohannes fui etc. In quo
parte nos invitatur ad legendum et ad audiendum et ad servan-
dum: quod si hoc fecerimus beatitudinem consequemur. et sic com-
medat opus suum. legendus est iste liber. quod est apocalipsim ihesu
christi. i. revelatio non cuiuslibet sed ihesu christi. Vel le-
gendus est liber hic. quia beatus est qui legit et qui audit ver-
ba. prophetie lectionis huius. i. apocalipsim. i. revelationis
ihesu christi.

Apocalipsim hec inter reliquos novi test. libros
prophetia vocatur. sed alijs excellentior. prophetis. quod
de christo et ecclesia magna ex parte adimpleta iam
sacramenta denunciat. vel etiam ideo. quia cum alijs univaria
isti trifaria data est. prophetia simul. scilicet de preterito. de presenti
et de futuro. et sicut evangelium legis observantias. sic ista
prophetia excellit veteres a lege. precipietes vetera. prophetia